

<sup>recte</sup>  
**6011** in tegula longa m. 0.084, alta m. 0.031 una earum, ex quibus factus est pons *delle Chianche* hora una sub Buonalbergo, qui pons adhuc ex parte stratus est silicibus polygonis viae Traianae.

POŃ V · TRA    litt. extantibus

Dressel descripsit.

Id est *pont(es) v(iae) Tra(ianae)*.

**6012** cippus magnus (litterae v. 4 altae sunt m. 0.083), non columna miliaria; nihilominus ex loco, in quo repertus est, efficitur ad viam eum spectavisse. Rep. ad Appiam prope rudera aedificiorum vetustorum in agro Buonalbergi loco dicto *la Starza* VITALE. Extat tribus horae partibus a Buonalbergo versus Monte Male in stabulo Nicolai Martini DRESSEL.

IMP · CAESAR  
 DIVI · NERVAE · F  
 NERVA · TRAIANVS  
 VG · GERM · DACIC  
 T MAX · TR POT  
 VI · C · OS · V

Dressel descripsit. Vitale Ariano p. 9.

Dedi exemplum Dresselii. — 3 om. Vit. — 6 quae plus habet Vitale, adieci extra lineam.

**6013. 6014** [= 6287. 6294c] rep. a. 1784 in fundo S. Eleutherii sexto lapide ab Ariano.

6013    numerus deficit  
           ut n. 6003

6014    DDD <sup>ann</sup> THEODOSI  
           ARCADI ET HONORI

Guattani *notizie* (1787) p. XXIII; Marini apud Maium script. vet. V p. 334; Vitale Ariano p. 5, eodem exemplo omnes.

Titulum Traiani corruptum non repeto. Alter sic traditur: DDD · . . . THEODOS · | ARCADI (ARCADI . . . Guatt., ARCADIO Vit.) ET · HONOR (HONORI Vit.).

*Aequo tutico Aquilonias*                    m. p. VIII                    a Benevento m. p. XXX  
*Aquiloniis Aecas*                            m. p. X                        a Benevento m. p. XL

**6015** Trojae in hospitali municipali muro inserta.

numerus deficit  
 ut n. 6003

G. Kaibel descripsit. Eidem dedit descriptam Dominicus Poppa Trojanus.

Kaibel excepit sic: {SAR | {VAE F | {IANVS | {DACIC | {TR POT | {I COS V | {EVENTO | {I PECVN | {CIT. Poppae exemplum supra numeri vestigium habet  $\mu$ , quod in lapide cerni negat Kaibel.

*Aecis Herdonias*                            m. p. XIX                    a Benevento m. p. LIX  
*Herdoniis Canusium*                    m. p. XXVI                    a Benevento m. p. LXXXV

**6016** Ausculi in Apulia in columna marmorea BONON.; similiter GRVT.; ante sedile publicum VALL.; ante monasterium S. Francisci PRATILLI; in foro MAZA, KAIBEL. *Mille planté dans sa place primitive, comme je m'en suis assuré en le faisant délivrer de la terre, dans laquelle il était un peu enfoncé* CHAUPY. At cippus in medio foro urbis recentis collocatus quomodo loco primitivo esse possit, non perspicio; praeterea itineraria luculenter ostendunt Ausculum extra viam Traianam mansisse, ut lapis Traianae is qui ei oppido proximus fuit, numero fere a LXXV ad LXXX, Ausculo distaret m. p. c. X. Denique si via Traiana Ausculum attigisset, eo viam stravissent Aeclanenses, non, ut fecerunt, Herdonias (v. n. 1156). Itaque reiecto Chaupyano itinerarium antiquitus traditum retinebimus; nec cum Traianae viae columnae aedificantibus percommoda Tranum adductae sint per longe maius spatium, quicquam impedit, quominus simile quiddam Ausculani quoque fecerint. — Serticae praescribitur in cod. SENENSIS, quod non intellego.

LXII  
 ut n. 6003

Recognovit Kaibel. Bononius cod. Ott. f. 48', cod. Traiect. f. 136; codex Senensis C. III. 27 f. 44; Grut. 151, 2 citans Panvinium et Manutium (vide ad n. 6003) et Verderum (numerus locumque cum Panvinium et Manutius non habeant, illum, scilicet V, petivit Grut. ex Verderi Beneventanis, ut dictum est ad n. 6003; quod praescripsit: 'Auscule in termino viae in summo lapidis, multique huiusmodi extant in Apulia' venit fortasse per Gutenstenium ex Metellianis); Vallambertus apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 363. 366'; Hispanus apud eundem cod. Vat. 6038 f. 77; Maza apud Mur. ms. 21, 234; Pratilli (ab Iacono Bitontino, ut hic significat in adn. ms.) apud Vulpium Calogera 19 p. 132 et App. p. 509 (inde Giustiniani *diz.* 2 p. 15); Cimaglia ant. Venus. p. 275 memorat; Chaupy *maison d'Horace* 3, 494; Lupoli iter Venus. p. 173 fortasse ex Pratillio; Torcia *effem. encicl.* Iun. 1795.

Cippi pars inferior hodie latet in solo. Numerum Bononius omisit, Giustinianus fecit LXX errore calami.

**6017** Ausculi ante sedile publicum VALLAMB.; in foro TORCIA.

LXIII  
 ut n. 6003

Vallambertus apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 366; Torcia *effem. encicl.* Iun. 1795. Cimaglia ant. Venus. (1757) p. 275 ait Ausculi extare columnas miliarias duas, puto n. 6016 et hanc. Pratillius p. 509 scribit Ausculi in foro praeter n. 6016 extare alteram columnam miliariam cum inscriptione evanida. Idem quod ait p. 510 extra Ausculum prope viam, qua ad Aufidum itur, cerni columnam hanc: LX | IMP · CAESAR | DIVI · NERVAE · F potest venire ab Iacono, qui ad p. 27 et p. 509 adscripsit: *tutte quest' iscrizioni delle colonne miliarie di Puglia furono da me esattamente mandate all' autore col BRVNDISIVM e non BRVNDVSIVM* (ut edidit eas Pratillius): *ed anche mandai la copia della colonna d'Ascoli, item ad p. 508: questo tratto di strada è stato tutto esattamente da me caminato per darne veridica contezza all' autore; singulis nihilo minus iure diffidemus.*